DE

ORGANIS GRAECORUM MUSICIS.

PARS PRIOR

(VETERUM TESTIMONIA PER LITERAS TRADITA CONTINENS).

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE ROSTOCHIENSI

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

FR. E. M. ESMANN

WISMARIENSIS.

WISMARIAE.

TYPIS HINSTORFII.

MDCCCLXXX.

DE
ORGANIS GRAECORUM MUSICIS.

PARS PRIOR

(VETERUM TESTIMONIA PER LITERAS TRADITA
CONTINENS).

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE ROSTOCHIENSI

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

FR. E. M. ESMANN

WISMARIENSIS.

WISMARIAE.
TYPIS HINSTORFII.
MDCCCLXXX.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41553624_0145

§. 1. De organorum partitione.

Ut ars organica in artium enumerationibus non semper[1]) eundem locum obtinet, sic partitio quoque organorum non inter omnes convenit: plerique enim partiuntur: genus percussionale, tensibile, inflatile (schol. Aristoph. nubb. 312: ἐμπνευστὰ, ἐντατὰ, κρουστά, Porphyr. ad Ptolem. I, 3, 22 ed. Wallis: ἐμπνευστά ἐντατά, κρουόμενα, cf. Athen. 14, p. 636 e, Cassiod. exposit. in psalm. CL, v. 5, id. de art. ac discipl. lib. litt. cp. 5 (de mus;) Boeth. de mus. I, cp. 2), alii vero (Poll. 4, 57): κρουόμενα[2]) (πληττόμενα,[3]) ἐκπληττόμενα, ἐπιψαλλόμενα, ἔγχορδα, ἐντατά, πρόσχορδα, προσῳδά) et ἐμπνεόμενα (καταπνεόμενα, ἐπιπνεόμενα, ἐμφυσώμενα, ἐμπνευστά), alii (Tarraeus Bekk. An. II, 652): ἐμπνευστικόν[4]) (συριστική καὶ σαλπιστική), ἁπτικόν (κιθαριστική· καὶ γὰρ ἁπτόμενος τῇ χειρὶ ποιεῖ τὴν κιθάραν τὸ μέλος ἀφιέναι), τὸ συναμφότερον (αὐλητική· καὶ γὰρ ἐν τῷ αὐλῷ

---

1) Schol. Dion. Thr. Bekk. Anecd. II, 652: ἀποτελεσματική, πρακτική, ὀργανική, θεωρηματική, id. II, 655 (πρακτικαί εἰσιν ὅσαι μέχρι τοῦ γίνεσθαι ὁρῶνται, ὥσπερ ἡ αὐλητικὴ καὶ ὀρχηστική· αὗται γὰρ ἐφ᾽ ὅσον χρόνον πράττονται, ἐπὶ τοσοῦτον καὶ ὁρῶνται· μετὰ γὰρ τὴν πρᾶξιν οὐχ ὑπάρχουσιν) et II, 670 (μετὰ γὰρ τὸ παύεσθαι τὸν κιθαρῳδὸν καὶ τὸν ὀρχηστὴν τοῦ ὀρχεῖσθαι καὶ κιθαρίζειν, οὐκέτι πρᾶξις ὑπολείπεται). Volkmann ad Plut. de mus. p. 1135 D: ‚*in universum quidem*‘, inquit. ‘χειρουργικὸν μέρος *cum ea musicae parte convenit, quam practicam dicimus, sed ex veterum disciplina cum practicae musicae secunda parte, cum* ἐξαγγελτικῷ, *quod etiam* ὀργανικόν *comprehendebat, h. e. doctrinam de auloedica arte et citharoedica. cf. Rossbach. Rythm. p. 5*’. — 2) Aristot. Pol. 8, 6: βάρβιτον - κρουόμενον. Genus tensibile ex percussionali prodiit. — 3) cf. κιθάραν πλήττειν-πλῆκτρον. — 4) Artemid. I, 79: οἱ διὰ στόματος ἔχοντες τὴν ἐργασίαν.

καὶ ἐμπνεῖ καὶ ἅπτεται τῇ χειρί). Permulti autem (Tarraeus, Nicom. Aristid. Quintil.[1]) omittunt genus percussionale, quod imperfectum neque cum vera[2]) musica sit componendum. Quin etiam ἡ σαλπιστική a nonnullis non verae musicae pars putatur et Musis, quibus omnia organa praeter percussionalia sacrata sunt, semel (Him. or. 22, 6)[3]) σάλπιγξ, raro (Nonn. I, 11; 29, 238) κύμβαλα attribuuntur.

Anonymus Bellerm. p. 27 ἐμπνευστά, ἐντατά, ψιλά enumerat; ψιλά interpretantur per „eintönig, einen bloßen Schall gebend" Bellermann et Ambros „Gesch. der Mus." I, p. 494, non recte: proprie enim ψιλός vocabulum „kahl, bloß" significat, ἐμπνευστά autem et ἐντατά quomodo sonus efficiatur exprimunt, non qualis ipse sonus sit Quamobrem ψιλά quoque, quod vocabulum ceteris adjunctum est, non sonum exprimit, sed „kahle, einfache Instrumente, Elementar-Instrumente" significat, quorum sonus neque inflando neque tendendo — quod artificiosius est — elicitur.

---

1) II, p. 101 Meibom: κατατεινόμενα καὶ ἐμπνευστά. — 2) Polyb. IV, 20: ἡ ἀληθῶς μουσική, contra Phil. vers. de an. propr. 86 (72): (delphinus) βδελύττεται τοὺς κενοὺς κτύπους. — 3) hoc loco Wernsdorf. et Volkmann. (p. 149 ad Plut. de mus.) tubam metaphorice sumunt pro gloriae tuba. At tribuuntur Musis: σαμβύκη (Athen. 4, 177), λύρα (Aristoph. ran. 232), cithara (Hor. carm. I, 24, 3; Auson. idyll. 20), βάρβιτος — χέλυς (anth. Planud. 4, 220), αὐλοί (schol. ad Hesiod. opp. Gaisf. III, p. 23; Diod. Sic. 5, 491); etiam musicis (canoris) cycnis (Aristoph. av. 872, Phil. vers. de an. propr. 10, Eutecni paraphr. ad Opp. de auc. cp. 19) et Sirenibus (Eurip. Hel. 169; Eust. Od. 1586, 11, id. 1709, 32) et Gratiis (Plut. de mus. cp. 12 Westph.) eadem organa tribuuntur. — Pars quaedam tragoediae (λόγος περιέχων τὰ πολεμικά Tzetz. Cram. An. IV, 314 et III, 347) σάλπιγξ vocatur. cf. Auson. idyll. 20, Anth. Pal. VII, 34: Πιερικὰν σάλπιγγα, τὸν εὐαγέων βαρὺν ὕμνων χαλκευτάν, κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις; Martial. XI, 3: „*Pieria proelia flare tuba*", ubi etiam poetis tribuitur (id. 8, 3, 32; 8, 53, 4 etc.).

§. 2. De genere percussionali.

Apud Porphyr. ad Ptolem. I, 4, p. 257 Archytas non posse auribus percipi ingentes sonos dicit; sicut in vasorum strictis orificiis, inquit, quando quis multum effundat, nihil effundi. Pariter diffusi soni non accurate vel potius non distincte a nobis audiuntur. Percussionalis igitur generis sonus *ἀγράμματος* et *ἄναρθρος* est,[1]) sed *ἐγγράμματος* est *ἡ μίμησις τοῦ ψόφου*[2]) *οἷον αἱ μιμήσεις τῶν ἀλόγων ζώων κικκαβαῦ, βρεκκεκεκὲξ κοάξ κ. τ. λ.*), ut *κρεκε, θρεττε, βομβο, τηνελλα, φλαττοθρατ* etc. Atque primo quidem genus percussionale musicae elementa (*ῥυθμόν*) continet, postea vero etiam *φωνὴν καὶ μέλος*[3]). — Fere omnes tres proferunt species generis percussionalis: *κρόταλα, κύμβαλα, τύμπανα.* Quoniam autem *κρόταλα* et *κρουστὰ* saepe idem significant, scholiasta (ad Aristoph. nubb. 312) in partitione *τῶν κρουστῶν* crotala plane omittit. Cymbala *ὀξύφθογγα* (sonabilia) sunt, *βαρύδουπα* (gravia) tympana, sed cymbalorum videlicet alia acutiora alia graviora neque aliter tympanorum. Crotalorum vero sonus, si hoc nomine non comprehendas totum genus percussionale, neque gravis neque acutus est („tief oder hoch"), sed *λιγυρὸς*[4]) (argutus[5]) *ψόφος.* — Omne organum percussionale duplex est, quia non solum *τὸ κρουόμενον,* sed etiam *τό κροῦον* organum percussionale est: cymbalis et crotalis, quod parva erant, plerumque binis utebantur; bina autem tympana cum concutere propter tympanorum magnitudinem[6]) non liceret, altero (*τῷ κρούοντι*) minore utebantur organo.

---

[1]) Porphyr. de prosod. An. Villois. II, 103; schol Dion. Thr. Bekk. An. II, 771 (*καθό οὐ δύναται γραφῆναι.*) — [2]) ibid. — [3]) cf. Boeth. de mus. I, 10 (O. Paul), schol. Platon. p. 381 ed. Bekk., Zenob. epit. ex Tarr. et Didym. paroem. I, 55 (Leutsch - Schneidewin), cf. etiam Vitruv. X. cp. 15. — [4]) *λιγυρὸς ψόφος* Athen. 14, 636 c. — [5]) Apulej. met. XI, 10: *argutum tinnitum.* — [6]) unum tympanum quasi duplex est cf. Cassiod. expos. in psalm. 150, v. 4: ‛*tympanum est quasi* ***duobus*** *modiis solis capitibus convenientibus etc.?*’

A. Κρόταλα.

1. Κρέμβαλα, ψόφου μόνον παρασκευαστικά, manibus pulsata, aenea, eburnea, quorum ad sonum saltabant mulieres[1]). Κρεμβαλιάζειν (κρεμβάλοις κρούειν[2]) secundum Phot. lex. est ἐλεφαντίνοις (sc. κροτάλοις) τισὶ κροταλίζειν; Hesych. s. v. κρεμβαλιάζειν exhibet: κογχύλια[3]) καὶ ὄστρακα[4]) συγκροτοῦντας εὔρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. Volkmann p. 137 et Johnsen („die Lyra" Berlin 1876) admodum cum iis convenire dicunt crembala, quae nobis vocentur „Castagnetten".

2. Κρόταλον proprie est σχιζόμενος κάλαμος καὶ κατασκευαζόμενος ἐπιτηδὲς ὥστε ἠχεῖν εἴτις αὐτὸν δονοίη ταῖς χερσὶ, καθάπερ κρότον ἀποτελῶν (Suidas s. v.[5]) Eust. p. 838, 23; p. 1327, 24: σκεῦόςτι ἐξ ὀστράκου τυχὸν ἢ ξύλου ἢ χαλκοῦ[6]) ὃ ἐν χερσὶ κρατούμενον ὀτοβεῖ. — Phot. lex. v. κροταλίζειν· οὐ διὰ χειρῶν κροτεῖν ἀλλὰ διὰ κροτάλου[7]), Phrynich. Bekk. An. I, 38: ἐκρότησεν· ἐκροτά-

---

[1]) Athen. 14, 636 c. — [2]) id. 636 d; cf. Hermipp. fr. p. 142 Meinek. com. — [3]) De crembalis ἐξ ὀστράκων καὶ κογχυλίων factis cf. Athen. 14, 63; 3, 85 e. — [4]) Johnsen („die Lyra") ex hymno Merc. 33, quid sit ὄστρακον, ita exponit: „ὄστρακον ist der Schallkasten der Lyra, gegen den man schlug, um den Takt den Tänzern anzugeben." At repugnant: Phrynich. Bekk. An. I, p. 45: κροτεῖ ὀστράκοις (Aristophanis verba) — ὅτι τὰ ἐκλελυμένα τῶν μελῶν καὶ ἀδόκιμα πρὸς τὰ ὄστρακα ᾖδον, οὐχί πρὸς λύραν ἢ κιθάραν. (si vera esset ratio Johnseni, ὄστρακον λύρης legendum fuit); Eust. 1327, 24: κρόταλον — σκεῦός τι ἐξ ὀστράκου; Ael. de nat. an. VI, 32: ὀστράκων κρότῳ ὁμορροθοῦντι πρὸς τὸ τορώτατον μέλος. De musica, quae fiebat complosis testis vel conchis vide Casaub. ad Athen. 5, 4 et ad Suet. Ner. 20. — [5]) cf. schol. Arist. nubb. 259, Scalig. ad Virg. Cop. p. 254, in Euseb. p. 156. — [6]) cf. Eurip. Cycl. 204, Heph. ed. Gaisf. 73, 9 (XII, 4), Anth. Pal. 9, 603 (χαλκοβαρές). — [7]) Nonn. 45, 277: παλάμαις κροταλίζειν (cf. Anth. Pal. V, 175) sic intelligendum est, ut manus κρόταλα (i. e. τά κρούοντα) teneant.

λισε, Antiattik. ibid. 103: ἐκροτάλισεν· ἐκρότησεν (sc. κροτάλῳ), cf. Herod. II, 60: κρόταλα ἔχουσαι κροταλίζουσι. — Crotala a Siculis inventa esse Clemens Alexandrinus (strom. I, 16, 76) testatur. Ut omnia organa Bacchica, ita crotala quoque maxime a mulieribus pulsantur (Nonn. 27, 226: φιλοκροτάλων γυναικῶν, id. 20, 37: (Κυβέλη) φιλοκρόταλος θέαινα[1]) praecipue in saltationibus (Anth. Pal. VII, 223: ἡ κροτάλοις ὀρχηστρίς[2]). Sonus aequabat ciconiae cantum (Ovid. met. 6, 97, Laber. ap. Petron. c. 55: ciconia crotalistria[3]) et redditur vocabulis ψόφος[4]) κέλαδος[5]), δοῦπος[6]), κτύπος[7]), ὄτοβος[8]), πάταγος[9]). Latiore crotalorum significatione („Klapperinstrumente") etiam arma κρόταλα dicuntur ap. Strab. 10, 3, 70.

3. Σεῖστρον, organum sacris Isidis adhibitum, ab Aegyptiis[10]) in Graeciam et in Italiam delatum, aeneum[11]) argenteum, aureum[12]), multiforme, apud Apulejum met. 11, 4 sic descriptum: (*dextra quidem ferebat aereum crepitaculum, cujus per angustam laminam in modum baltei recurvatam trajectae mediae paucae virgulae crispante bracchio tergeminos*

---

[1]) Anth. Pal. 9, 505: θυμέλησιν φιλοκροτάλοισιν. — [2]) cf. Eurip. Hel. 1308, Cic. in Pis. 9, 20, Virg. Cop. 2; P. Scipio ap. Macrob. sat. 2, 10; Plut. Crass. 32, id. Pomp. 24. — [3]) κροταλίστρια Aristoph. ran. 1306, Propert. IV, 8, 39. — [4]) Paus. VIII, 22, 4, Anth. Pal. 11, 195. — [5]) Eurip. Hel. 1308. — [6]) Apollod. II, 5. — [7]) Strabo 10, 13, 15; Philostr. in Apoll. Tyan. (Kayser) VIII, 6, p. 153: κροτάλου δίκην κτυπῶν τῇ γλώττῃ; Nonn. 18, 107. — [8]) Anth. Pal. 9, 505. — [9]) Nonn. 45, 277, Anth. Pal. 5, 175. — [10]) Virg. Aen. VIII, 696: *regina* (Cleopatra) *in mediis patrio vocat agmina sistro.* — [11]) Ovid. met. 9, 693, 778 *aera sistrorum*, 784 *sonabile sistrum,* id. am. 2, 13, 11, id. Pont. 1, 1, 38. — [12]) Apulej. met. XI, 10: *aereis et argenteis immo vero aureis etiam sistris argutum tinnitum constrepentes.* — De sistris cf. Plut. de Is. et Osir. p. 376, Senec. vit. beat. 27; Juven. 13, 93, Stat. silv. 3, 2, 102 — *sistratus* Mart. 12, 29, 19.

ictus reddebant argutum sonorem.' Hes. v. σῆστρα (de forma σῆστρα cf. τιτυρῆνα)· κόσκινα ἢ κύμβαλα. Tinnitu enim paene aequasse videntur cymbala, praeterea cymbala quoque σείονται (concutiuntur). Romani sistrum saepe crepitaculum[1]) vocant: '*sistrum crepat*' Ovid. met. 9, 784; cf. Martial. XIV, 54 (crepitaculum):

'*Si quis plorator collo tibi vernula pendet,*
Haec quatiat tenera garrula sistra manu.'

Ciconia quoque crepitat Ovid. met. 6, 97; Juven. 1, 116 (cf. κροταλίστρια), nam crepitacula dicuntur omnia crotala.

4. πλαταγή, sistrum quoddam, ut apud Romanos crepundia[2]) aut parvum est et infantium ludicrum[3]) aut magnum et organum musicum. Vulcani invento Hercules ad abigendas aves Stymphalides usus esse ferebatur.[4]) Platage aut χαλκείη[5]) aut πυξινέη[6]) erat. Πλατάσσειν proprie idem est ac ψοφεῖν, schol. ad Theocrit. 11, 37: τιθέντες γὰρ τὰ τῆς μήκωνος φύλλα καὶ τὰ τῆς ἀνεμώνης κατὰ τὸν ἀντίχειρα καὶ τὸν λιχανὸν δάκτυλον τύπτουσι τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ[7]) καὶ οὕτω

---

[1]) Quintil. 9, 4, 66, Martian. Cap. 9, 314; *crepitacillum* Lucret. 5, 229. — [2]) De crepundiis cf. Ruhnk. ad Ter. Eun. 4, 6, 15; Ellendt et Jahn ad Cic. Brut. 91, 313 etc.; '*a crepundiis*' pro '*a pueris*' Orelli inscr. 1183; crepundia, organum musicum Just. 30, 1, 9. — [3]) Aristot. Polit. VIII, 6, 1; Diogen. paroem. II, 99, Mich. Apost. XIV, 37. — Multa sunt organa puellatoria, ut tibiae puellatoriae („Kinderflöten") Solin. 5, § 19, ubi etiam tibiae vascae (cf. Serv. ad Aen. 11, 737) enumerantur, quibus non utebantur nisi ad exercendam artem tibiarum; eundem usum Graecis praebet ὁ γίγγρας αὐλός, secundum Hesych. μικρὸς αὐλός, ἐν ᾧ πρῶτον μανθάνουσιν. — [4]) schol. Apoll. Rh. II, 1057 (vide Volkmann p. 137 ad Plut. de mus.) — [5]) ibid. — [6]) Anth. Pal. 6, 309: εὐκρόταλον πυξινέην πλαταγήν. — [7]) cf. πλάξ, lat. plauca, ahd. flah, litt. plasz-ta „flache Hand", πλήσσω (πλακ); πλάταγος est πάταγος, πλατάσσω πατάσσω, Amorgus insula Patage vel Platage dicitur.

σημειοῦνται, εἰ ἀγαπῶνται ὑπὸ τῶν ἐρωμένων ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς πλαταγῶνος ψόφου, εἰ ἀψόφως ἐπικρουσθείη. — Suid. v. πλαταγή· κρόταλον; Apollodorus II, 5, p. 55 et Pausanias VIII, 22, 4 de Herculis illis crepundiis κρόταλα κρούειν dicunt. — Πλαταγή (πλαταγών), κρόταλον, Δωδωναῖον χαλκεῖον saepe de hominibus garrulis usurpantur[1]).

5. *ψιθύρα*,[2]) Poll. 4, 60: Λιβυκὸν εὕρημα, μάλιστα δὲ Τρωγλοδύτων, τὸ δὲ σχῆμα τετράγωνον.

6. *ἄσκαρον*, psithyrae simillimum, πλίνθιον πηχυαῖον, ἔχον διειλκυσμένα πηνία, ἃ περιστρεφόμενα ἦχον ἐποίει κροτάλῳ παραπλήσιον (Poll. 4, 60).

B. *Κύμβαλα*.

Veterum etymologiae duplices sunt, quarum altera vocabulum a κυμ[3]) sono, a κῦφος[4]) derivat altera: Utraque falsa est; derivandum est a κύμβη[5]) „Höhlung", skt. kumbhas „Topf". Apud Strabonem 10, p. 470 Aeschylus κοτύλην[6]) pro cymbalo[7]) usurpat.

1. *Κύμβαλα* sunt phialae cavae[8]) (Senec. quaestt. nat. II. 29: **aere non nisi cavo tinniunt**, Lucret II, 618: **cymbala circum concava**, schol. Il. 23, 34: πάντα τὰ κοῖλα esse κύμβαλα dicit) et aeneae[9]) (Aeschyl. ap. Strab. 10, p. 470:

---

[1]) Eust. comm. ad Dion. Perieg. geogr. gr. min. II, p. 298; Gregor. Cypr. paroem. gr. II, 109; Lobeck. Aglaoph. p. 1701. — [2]) proprie organum susurrans („schnurrend") ψιθυρόν esse videtur. — [3]) Etym. M. v. κύμβαλον. — [4]) Orion. ed Sturz v. κύμβαλον· παρὰ τὸ κῦφος, οἷα κυφαλάτινα ὄντα. — [5]) Cybelista (κυβελιστής) Virg. Cop. 25, Rheae sacerdos, idem est cymbalista (κυμβαλιστής). — [6]) κοτύλη plerumque poculum significat, organum musicum raro; cymbalum vero semper organum Cybeles. Κοτύλαι („Trinkschalen") autem cymbalis simillimae sunt. — [7]) Ut tympanum apud Plin. 33, 11 (53) „eine runde, concave Schüssel" significat. — [8]) Philipp. Thess. Anth. Pal. VI, 94 (κοιλοχείλεα), Athen. 11, 476; Catull. 63, 29; Ovid. met. 4, 30. — [9]) Athen. 14, 636 a χαλ-

χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ, Babr. fab. Aes. 80, 2, Nonn. 29, 239: *δίζυγι χαλκῷ*), cf. Joseph. Ant. VII, 12, 3: *κύμβαλα ἦν πλατέα καὶ μεγάλα χάλκεα.* Non omnis *χαλκός* adhibebatur, sed permixta metalla (Anth. pal. 6, 234: *ὀρειχάλκου λάλα* cf. Cassiod. expos. in psalm. 150, v. 5: '*cymbala bene tinnientia sunt ex permixtis metallis parvissimae phialae compositae, ventricula sua in lateribus habentes, quae artificiosa modulatione collisae acutissimum sonum delectabili consonatione restituunt*'. A Phrygibus [1]) primum usurpata, in Cretam insulam translata esse dicuntur; Homero [2]) mox omnibus (etiam Aegyptiis, Himer. or. 14, 9) nota erant. Sonus est acutus Hor. carm. I, 16, 7 (*ὀξύφθογγος* Anth. Pal. 6. 51. *ὀξύδουπος* ibid. 6, 94, contra *βαρύβρομα* Nonn. 14. 402: 29, 239, *Βρόμιος* enim *βρέμει*) et redditur vocabulis: *ψόφος* [3]), *κτύπημα* [4]), *πλαταγή* (*κύμβαλα ἐπλατάγησε* Nonn. 18. 103). *κρότος* [5]) (*κύμβαλα ἐκροτάλιζεν* Nonn. 29. 286: 43. 347). *βόμβος* (Athen. 14, 636 a: *ἀντίχερσι βόμβοις*: Nonn. 3. 240: *βομβήεντα*), *ἦχος* (*ἦχοι καὶ κρότοι* Nicet. Eugen. V, 427).

κοκτύπων, Nonn. 10, 387 *χαλκεόνωτα* ideoque saepe aera vocantur Prop. 4, 7, 61, Virg. G. 4, 151, Hor. carm. 1, 16, 7, Ovid. met. 3, 493, id. 4, 30.

[1]) Diod. Sic. III, 58, 2: a Rhea *πρὸς τὰς παιδείας καὶ χορείας* inventa, Lucian. de salt. 68, Him. ecl. 13, 3. Nonn. 10. 387, Phot. bibl. p. 369 b; etiam belli organa sunt cymbala. Strabo 14, 1, 22, Arrian. exp. Alex. VII, 35, Polyaen. I, 1. — [2]) Volkmann. ad Plut. de mus. p. 139: '*ipsi Homero ignota fuerunt*'. At cf. Hom. Il. 16, 379 '*ἀνεκυμβαλίαζον*', quem ad locum Apoll. soph. lex Hom. (Bekk.) *τῶν πεποιημένων ἦχον ἐπὶ τῆς τῶν ἁρματείων δίφρων ἀνατροπῆς γενομένης.* — [3]) Dio Cass. h. r. 41, 61, 3. — [4]) id. 51, 17, 5. — [5]) *κύμβαλα χερσὶ κροταίνειν* Oppian. de ven. 4, 247; *κύμβαλα ἐπεκρότει* Alciphr. epist. p. 48, 38.

ῥυθμός[1]) μέλος[2]), *crepitus*[3]) Liv. 39, 15, 6), *tinnitus* (Apul. met. 8, 30[4]).

Tympano similius est unum cymbalum magnum, quod κροτάλῳ pulsatur apud Herodotum VI, 58: γυναῖκες (Lacedaemoniae) κατὰ τὴν πόλιν περιοῦσαι λέβητα κροτέουσιν (rege mortuo).

2. Κώδων Hes. v. κώδων· σάλπιγξ, ἠχεῖον κύμβαλον, tintinnabulum, unum cymbalum, quod suspensum vel manibus latum ut „eine Glocke" pulsabatur. *Aes fori* Strab. 14, 2, 21; *aes thermarum* Martial. 14, 163; *aes belli* (κωδονοφορεῖν Aristoph. av. 842, 1160; Hes. κεκωδωνισμένοι· πεπειρασμένοι καὶ ἐξητασμένοι, Zonar. epit. hist. VII, 21: κωδωνοφορεῖν ἐν μιάσματι, nequis accedat).

3. ὀξύβαφα, a Diocle poeta Atheniensi aut Phliasio inventa dicuntur, ὀστράκινα ἀγγεῖα, ἅπερ ἔκρουεν ἐν ξυληφίῳ[5]), secundum Cassiodorum (cf. Volkmann p. 138) vasa fictilia vel aenea vel argentea; Latine acetabula (Boeth. de mus. cp. 11 ed. Paul), Graece vocantur etiam λεκίδες (Nicom. Geras p. 13 Meibom), τρύβλια ἤ ἀγγεῖα (Porphyr ad Ptolem. I, 8, p. 293 Wallis). Similem artem Glaucum invenisse dicit

---

1) Alciphr. epist. 66 (Hercher) p. 91: κυμβαλισμὸν εὔρυθμον ἀνακρούειν, cf. Arrian. hist. ind. 14, 3. — 2) app. Anacr. Bergk 2: κυμβαλόφωνα μέλη, Venant. Fort. carm. 2, 10: *voces cymbalicae*. — 3) omne aes crepat Liv. 43, 10; id 6, 2 armorum crepitus id. 25, 6. — 4) Catull. 64, 262; Ovid. met. 4, 393; 6, 588; 14, 536. Adeas de cymbalis imprimis Lampium. — De usu metaphorico vide Alciphr. epist. l. l. — κυμβαλίστρια Dio Cass. lib. 50, 27, 2. — 5) cf. Suid. sub Διοκλῆς et Westerm. biogr. p. 170 (Διοκλῆς Ἀθηναῖος ἤ Φλιάσιος, ἀρχαῖος κωμικός, σύγχρονος Σαννυρίωνι καὶ Φιλυλλίῳ· τοῦτον δέ φασιν εὑρεῖν καὶ τὴν ἐν τοῖς ὀξυβάφοις ἁρμονίαν, ἐν ὀστρακίνοις ἀγγείοις, ἅπερ ἔκρουεν ἐν ξυληφίῳ). Dioclem confusum cum Diocle Eleata, qui Suida teste (sub Ἀλκιδάμας) de re musica scripserit Volkmann. p. 139 putat.

Zenobius paroem. gr. I, 55 (*Γλαῦκος ἰδεῖν λέγεται τοὺς ἐπὶ τῶν δίσκων φθόγγους πρῶτον*).

C. *Τύμπανα.*

1. *τύμπανον* est *βυρσότονον κύκλωμα*[1]. Cassiod. expos. in psalm. 150, v. 4 '*tympanum est quasi duobus modiis solis capitibus convenientibus supra eos tensi corii sonora resultatio, quod musici disciplinabili mensura percutientes geminata resonatione modulantur*' id. in psalm. 80, v. 2: '*tympanum est, quod tenso corio quasi supra duas (ut ita dixerim) metas sibi ab acuta parte copulatas solet resonare percussum*'. Corium *νῶτα βοείης*[2] (*ἀδεψήτου* Nonn. 24, 151; 39, 126, contra *lêve* tympanum Catull 63, 9 et 29) poëtae saepe dicunt. Hesych. v. *τύμπανα· τὰ δερμάτινα ῥακτήρια κόσκινα, τὰ ἐν ταῖς Βάκχαις κρουόμενα* (id. v. *ῥακτήρια· τύμπανα*, cf. *ῥήσσειν* Anth. Pal. 7, 709); Zonar. v. *βαίτη· ἡ διφθέρα — βαιτύκη· τὸ τύμπανον*. Corium boum, taurorum[2], hinnulorum[3] (*νεβρῶν*), luporum adhibebant. Oppian de ven. III, 282:

εἰ δὲ λύκον δείρας ῥινῶν ἄπο τεκτήναιο
τύμπανον εὐκέλαδον, Διδυμήϊον[4] *ὠλεσίκαρπον,*
μοῦνόν τοι μετὰ πᾶσι βαρύβρομον ἔκλαγεν ἠχήν
καὶ μοῦνον παταγεῖ, τὰ δ' εὔθροα πρόσθεν ἐόντα
τύμπανα σιγάζει κώφησέ τε πᾶσαν ἰωήν.

---

[1]) Eurip. Bacch. 122 et 513, id. Hel. 1347. — [2]) *νῶτα βοείης* Nonn. 14, 351; 20, 307; Ovid. fast. 4, 342 (*taurea terga*). Suid. et Zonar. v. *τύμπανον· ἐκ δερμάτων*. — [3]) Nonn. 10, 387 *αἴολα δέρματα νεβρῶν*. — [4]) In Phrygia gentilia sunt tympana, Eurip. Bacch. 58 et 122 (*κορύβαντες ηὗρον*), Strab. 10, 3, 15; Catull 63, 9, etiam in Syria (Juv. III, 6, 3), in India (cf. Suid. sub *τύμπανα*), apud Parthos (Plut. Crass. c. 23) cf. Lucian. Bacch. 1. Tympana fere eundem usum praebent ac cymbala cfr. Lucian de salt. 68, somn. 12, Athen. 14, 621 c, Eust. comm. ad Dion. Perieg. II, p. 284 geogr. gr. min. (Mueller).

Circulus (*κύκλωμα*), aut ligneus aut aeneus[1]), cavus[2]), latus[3]) est Utrimque tympani corium pulsatur[4]) (*τυπτ. ἑκάτερθεν* Nonn. 24, 151) manibus[5]) vel plectro, quare *ἔπωμα δίῳ τελαμῶνι*[6]) (Nonn. 15, 52) fertur. Sonus redditur vocabulis *ἄραβος*[7]), *καναχὴ καὶ βρόμος*[8]), *κτύπος*[9]), *ἰαχή*[10]), *ἀλαλαγμοί*[11]), *ἴακχοι*[12]), *ἀράγματα*[13]), *περίκροτος ἦχος*[14]), *φρικάλεον μύκημα*[15]), *πάταγος*[16]); ***rauci soni*** Ovid. met. 4, 391; imitari studet sonum Lucretius II, 618: ***tympana tenta tonant palmis.***

Romani tympana symphonias vocant (Isid. I, 1), bina autem dimidia symphoniae apud nos tympana sunt, quorum

---

1) *χαλκεόνωτον* Nonn. 14, 214; 43, 73; 24, 151; 15, 52; 39, 216; 10, 388 (*χαλκοβαρὴς βοείη*). — 2) Catull 63, 90; Anth. Pal. 6, 165. — 3) *πλατέα* Strabo 11, 5, 6; *μέγα τύμπανον* Simon. C. fr. 108 (id. Anth. Pal. 6, 217). — 4) *ἀμφι πλῆγι βοείῃ* Nonn. 15, 52 et 45, 16; *διδυμόκτυπα* Nonn. 20, 307; *δίκτυπος ἠχώ* id. 27, 224; *διδύμοις πατάγοισι* 43, 73; *δίζυγον μέλος* id. 15, 52. — 5) *ἀραξόχειρα* Anth. Pal. 6, 94; *πεπταμένῃ χειρί* Simon. C. fr. 179, Nonn. 10, 273; 27, 224 (*χερσὶν ἀμοιβαίῃσιν*); id. 43, 116, Catull. 64, 261, id. 63, 90 (*digitis*), Ovid. met. 4, 29. Sed saepe plectrum intelligendum est, quod manus tenent. Tympana percutere vel pulsare graece dicitur: *κρούειν* (c. Dat.) Arrian. hist. ind. 14, 3; *κροτεῖν* (c. Acc.) Dion. H. A. R. II, 19; *τύπτειν* Nonn. 10, 273; *ἀράσσειν* Simon. C. fr. 179, Nonn. 27, 224, id. 39, 126; *κτυπεῖν* Eurip. Bacch. 58; *πλαταγεῖν* Anth. Pal. 6, 218; *ἐπιβομβεῖν* (c. Dat.) Lucian. deor. dial. 12, 1. — 6) Nonn. 43, 116: *αὐχενίῳ τελαμῶνι παρήορα*: recte igitur Lucianus (Bacch. 1) tradit: *ἀσπίσιν εἴκαζον καὶ τύμπανα.* — 7) Ael. de nat. an. II, 11. — 8) Simon. C. fr. 179; Eurip. Bacch. 156; Anth. Pal. 6, 165, ibid. 6, 217; Nonn. 15, 52; 14, 351. — 9) Eurip. Bacch. 513. Athen. 8, 361 e; *ῥόθιον κτύπον* Nonn. 26, 14. — 10) hymn. Hom. in Cyb. v. 3. — 11) Eurip. Cycl. 65. — 12) fr. Palamed. ap. Strab. 10, p. 470. — 13) Eurip. Cycl. 204. — 14) Anth. Pal. 6, 51; Nonn. 10, 223; 14, 351 (*χερσὶ περικροτέουσα νῶτα βοείης*); 43, 116. — 15) Nonn. 27, 224, 39, 58; 43, 73. — 16) Lucian. Bacch. 4.

alterumutrumque corio ex una parte extensum est: quae jam Isidorus I, 1 ut tympana novit. Tympanum, ex una parte extensum[1]), etiam „Resonanzboden" significat cf. Scalig. in Manil. p. 422 '***omne cavum ab una parte, ab altera rotundum, tympanum dicitur***'. —

2. *ῥόπτρα*. Volkmann p. 140 et praef. XXI ad Plut. de mus. *ῥόπτρα* esse tympana, apud Nonnum vero diversa a tympanis cum *πλαταγῇ* potius convenire videri dicit, Nonno teste 47, 731 (*ῥόπτρα ἐπλατάγησε*). At etiam *τύμπανα πλαταγεῖν* (Alc. Anth. Pal. 6, 218) et *κύμβαλα ἐπλατάγησε* (Nonn. 18, 103) dicitur. Tympana igitur quaedam esse *ῥόπτρα* Volkmannus concedet, cf. Plut. Crass. c. 23: *ῥόπτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείνοντες ἠχείοις χαλκοῖς ἅμα πολλαχόθεν ἐπιδουποῦσιν*, Nonn. 46, 120: *οἷα δὲ ῥόπτρῳ δίκτυπον ἁρμονίην κροτέων ἑτερόζυγι χαλκῷ*, id. 33, 228: *ῥόπτρα καὶ κύμβαλα* (pro *τύμπανα καὶ κύμβαλα*), id. 45, 18 Lydia, id. 43, 102 *περίκροτα*; id. 9, 116 *σείειν*; 47, 722; *τινάσσειν* vel *δινεύειν* 14, 348; 17, 344; 20, 302; *χάλκεα* id. 48, 779; cf. id. 28, 42 *ἴαχε ῥόπτρα*, Herm. in Platon. Phaedr. p. 148 ed. Mullach., Anth. Pal. 6, 165. Unum tamen locum inveni, quo a tympanis distincta sint, Procl. Theol. IV, 16: *χάλκεα ῥόπτρα λαβοῦσα καὶ τύμπανα ἠχήεντα*, ubi fortasse roptra plectra tympanorum sunt; nam *ῥόπτρον* vocabulum etiam „Klopfer, Ring an der Hausthüre" (malleus), significat. Non manibus sed plectris pulsata esse videntur roptra. cf. Isidor. Etym. II, 21; Perizon. in Ael. V. H. IX, 3, p. 538.

3. *ῥόμβος*, quale organum fuerit, ut appareat, loci afferendi mihi sunt schol. Ap. Rhod. I, 1139: *ῥόμβος τροχίσκος*[2])

[1]) cf. tympanum „Eßschüssel" Plin. 33, 11 (53), tympanium „Paukenperle" Plin. 9, 35 (54). — [2]) Eust. Od. 1387, 42: *οὕτω δὲ καὶ ῥυτὴρ βρυτὴρ ὁ χαλινός· ὅδ' αὐτὸς καὶ τροχίσκον δηλοῖ τὸν καὶ ῥόμβον καλούμενον· ὅν τύπτοντες ἱμᾶσι καὶ στρέφοντες ἐποίουν δινεῖσθαι καὶ ψόφον ἀποτελεῖν.*

ὃν στρέφουσιν[1]) ἱμᾶσι τύπτοντες καὶ οὕτως κτύπον ἀποτελοῦσιν· τινὲς δὲ ῥύμβον αὐτὸν καλοῦσιν, ὡς καὶ Εὔπολις καὶ Δίδυμος. Forma rotunda[2]) fuit, nam pro ἴυγξ (τροχίσκος Ἀφροδίτης) usurpatur rhombus a Theocr. II, 30 (δινεῖθ' ὁ ῥόμβος ὁ χάλκιος ἐξ Ἀφροδίτας) et a schol. Apoll. Rh. IV, 144 (τὸ κινούμενον τροχίσκιον ὑπὸ τῶν φαρμακίδων ῥύμβιον καλεῖται) cf. Nonn. 41, 8; 43, 16. Neque tympanum quoddam rotundum est, ut Jacobs ad anth. I, cp. 2, 247 vult (ex Phot. p. 491, 10: ῥόμβος, ὃν ἔχουσιν οἱ ἐπιθειάζοντες ὡς τύμπανον), repugnat enim Apoll. Rh. 1, 1139: ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται (Athen. 14, 636 a). Eust. comm. ad Dion. Perieg. II, p. 402 geogr. gr. min.: ῥόμβος τις τροχός, ὃν στρέφοντες ἐν ἱμάντι καὶ τύπτοντες ἐκτύπουν; schol. ad Clem. Alex. strom. ed. Klotz alicubi: ρόμβος ἐν ταῖς τελεταῖς ἐδονεῖτο ἵνα ῥοίζῃ[3]), accuratius Archytas p. 565 ed. Mullach: ἐν ῥόμβοις τοῖς ἐν ταῖς τελεταῖς κενουμένοις· ἀσυχᾷ μέν κινούμενον βαρὺν ἀφίεντι ἆχον, ἰσχυρῶς δὲ, ὀξύν[4]). Adde denique Hesych. sub ῥόμβος· ξυλήριον, οὗ ἐξῆπται σχοινίον καὶ ἐν ταῖς τελεταῖς δινεῖται. (cf. quod de ἄσκαρον proditum est).

Volkmann. p. 138: '*sine dubio*', inquit '***rhombus convenit cum cavo illo buxo pice pleno, quem hodie pueri flagellis torquent in plateis*** („Brummkreisel");' at mihi quidem toto coelo errare videtur. Mutto verisimilius organum, quod Berolinenses „Wald-

[1]) Apoll. soph. lex. Hom. v. στρόμβος· ῥόμβος· εἴρηται ἀπὸ τοῦ περιστρέφεσθαι, cf. Hes. στρόμβος· κόχλος. ῥόμβος. δῖνος. Anth. Pal. VI, 165, στρεπτός; VI, 309 εἱλικτός; Aliam etymologiam exhibet Eustathius comm. in Dion. Perieg. II, 402, ἔστι δὲ ῥόμβος καίτις τροχός, ὃν στρέφοντες ἐν ἱμάντι καὶ τύπτοντες ἐκτύπουν, ῥόμβος κατὰ ὀνοματοποιίαν καλούμενος. — [2]) ῥόμβοι κυμβάλων Pind. dithyr. fr. 57. — [3]) Nonn. 41, 8 μυκήτορι; 14, 401 ῥυξήνορι ῥόμβῳ; 29, 1290. — [4]) cf. Porphyr. ad Ptolem. I, 3, p. 237.

teufel"[1]) nominant, imaginem quandam veteris rhombi esse: Tympanum non nisi sono aequasse videtur rhombus.

§. 3. De tuba[2]) (*Σάλπιγξ*[3]).

Scholiasta ad Soph. Aj. 17 et Eustathius 1139, 40 tubarum has reptem species enumerant:

1. Argiva[4]), quae a Minerva inventa fertur, *διὸ καὶ σάλπιγξ Ἀθηνᾶ*[5]) *παρὰ Ἀργείοις τιμᾶται* (Eust.), cf. Hesych. *σάλπιγξ· ἐκδέχονται δὲ καὶ Σάλπιγγος Ἀθηνᾶς ἱερὸν παρὰ Ἀργείοις.* Plut. quaest. conv. p. 816, 23 (Didot) de Judaicis dicit: *καὶ μικραῖς σάλπιγξιν, ὥσπερ Ἀργεῖοι τοῖς Διονυσίοις χρῶνται.* Parva tuba tibiae non dissimilis (Hor. A. P. 202: ***tibia nunc orichalco vincta tubaeque***[6]) ***aemula***). Quare Hes. *Ἀθηνᾶ· αὐλός.* Praeterea certum quoddam tibiarum genus Argivum vocatur Paus. 4, 27, 4, ubi *αὐλοί*[7]) omnino *ἐμπνευστά* esse videntur. — Tubam parvam Argivam apud Romanos lituum esse probabile est ex Charis. 28, 14 et 38, 5 (Keil): '***tubicen ex tuba longa, liticen ex lituo, quod est genus tubae minoris***'.

---

[1]) Est cylindrus chartae densatae ab altera tantum parte tectus et per caudae equinae crines cum radiolo ligneo conjunctus, qui a pueris radiolum prehendentibus in gyrum circumfertur, ut sibilus quidam ululatusque oriatur. — [2]) tuba idem proprie est ac tubus („Röhre"), cf. Vitruv. 10, 7 (12), 2: '***fistula quae tuba dicitur***', Varro L. L. 5, 24, 33 '***tubus***' pro 'tuba' exhibet cf. Vaniček „Etym. Wörterb. d. Lat. Spr." sub tuba. — [3]) Veterem etymologiam *σαλπίζω* pro *σελαπίζω* (*σέλας* est *λαμπηδών*, *ἔπω*) Zonar. sub *σάλπιγξ* affert. De *σαλπιγκτής*, *σαλπικτής*, *σαλπιστής* formis vide Pierson. Moer. p. 534, Lobeck ad Phryn. ecl. p. 191: maximam autoritatem habet *σαλπιγκτής*. — [4]) Herod. III, 31: *Ἀργεῖοι ἤκουον μουσικὴν εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι.* De Argivorum laude musica adeas Volkm. p. 129 ad Plut. de mus. cp. 37. — [5]) cf. Lycophr. 915, 986. — [6]) ut tibia Phrygia tubae Tyrrhenicae. — [7]) cf. *αὐλὸς σάλπιγγος*.

2. Aegyptia (schol. Soph. Aj. 17: *Αἰγύπτιαι σάλπιγγες*) sive *στρογγύλη παρ' Αἰγυπτίοις, ἣν Ὄσιρις εὗρε* vel *χνούη πρὸς θυσίαν καλοῦσα τοὺς ὄχλους* Eust. 1139, 40. Contra Artemid. I, 56: *οὐχ ἱερὸν ὄργανον, ἀλλὰ πολεμιστήριον.*

3. Galatica (*Γαλατική*), *χωνευτή, οὐ πάνυ μεγάλη, τὸν κώδωνα ἔχουσα θηριόμορφόν τινα καὶ αὐλὸν μολύβδινον, εἰς ὃν ἐμφυσῶσιν οἱ σαλπισταί — ὀξύφωνος, καλεῖται ὑπὸ τῶν Κελτῶν κάρνυξ* (Eust.) cf. Hes. *κάρνον. τὴν σάλπιγγα· Γαλάται.* Sed *κάρνον* proprie *κώδων* ille *θηριόμορφος* est, *κάρνος* enim secundum Hesych. *φθείρ, βόσκημα, πρόβατον* significat.

4. Paphlagonica[1]) (*Παφλαγονική*), *ἧς ὁ κώδων βοὸς ἦν προτομή, βαρύφωνος*[2]), *ἀναφυσητή, βόϊνος* vocata (Eust). Huc spectant Athenaeus 4, 151 e: (in Thracia) *κέρασί τε οἵοις σημαίνουσιν αὐλοῦντες καὶ σάλπιγξιν ὠμοβοΐναις ῥυθμούς τι καὶ οἱονεὶ μαγάδι σαλπίζοντες* et Varro l. l. V, 24: '*cornua*' **quod ea, quae nunc sunt ex aere, tunc fiebant bubulo cornu.**

5. (*Μηδική*) Medica, *τὸν αὐλὸν ἔχουσα καλάμινον, τὸν δέ κώδωνα βαρύφωνον, ὀγκόφωνος* (Eust).

6. Tyrrhenica (*Τυρσηνική*), *ὁμοία Φρυγίῳ αὐλῷ, τὸν κώδωνα κεκλασμένον*[3]) *ἔχουσα, λίαν ὀξύφωνος* (Eust.), *ἀριζήλη καὶ χαλκόστομος, εἴπερ ὄπα χάλκεον ἔχειν λεχθείη ἤγουν στερεάν*[4]) (schol. Soph. Aj. 17). Tubam pro Tyrrhenorum invento Graeci duxerunt, Poll. 4, 85, Athen. 4, p. 184 a (*Τυῤῥηνῶν δ' ἐστιν εὕρημα κέρατά τε καὶ σάλ-*

---

[1]) Paphlagones homines agrestes ferebantur. — [2]) Johnsen „die Lyra" p. 15: *ὀξυφώνους* modo commemorat *σάλπιγγας*. — [3]) Ambros vertit: „einen getheilten Schallbecher habend", ego potius „einen gebrochenen (flexum) Schallbecher habend" cf. Terent. Maur. de metr. 1855: ***tuba aere recurvo.*** — [4]) Eust. philos. V, 2, 4 (Hercher).

πιγγες). Tyrrhenica enim tuba notissima[1]) erat. Confunduntur tubae Tyrrhenica et Argiva ap. Paus. 2, 21, 3: Ἀϑηνᾶς ἱδρύσασϑαι Σάλπιγγος ἱερόν φασιν Ἡγέλεων. Τυρσηνοῦ δὲ τοῦτον τὸν Ἡγέλεων, τὸν δὲ Τυρσηνὸν σάλπιγγα εὑρεῖν πρῶτον, Ἡγέλεων δὲ διδάξαι τοὺς σὺν Τημένῳ Δωριέας τοῦ ὀργάνου τὸν ψόφον καὶ δι' αὐτὸ Ἀϑηνᾶν ἐπονομάσαι Σάλπιγγα. cf. schol. Soph. Aj. 17: πρῶτος Ἀριχώνδας συμμαχῶν τοῖς Ἡρακλείδαις ἤγαγεν εἰς Ἕλληνας τὴν Τυρσηνικὴν σάλπιγγα ὀξυφωνοτάτην. Strab. V, 22 tubas ex Etruria Romam delatas esse credit. —

Tuba Tyrrhenica aut aenea[2]) aut aerata[3]) aut ferrea[4]) erat; ἡ γλῶσσα ὀστεΐνη[5]), ὁ αὐλός directus[6]), ἡ κώδων[7]) flexa[8]); αὐλὸς σάλπιγγος etiam σύριγξ vocatur Flav. Jos. III, 12, 6 A. — Cassiodorus (expos. in psalm. 150, v. 3) tubam sic describit: '*tuba est* ***c o r n e i s*** *partibus aduncatis aut aliquo metallo productus tubulus, a patulo circulo*[9]) *inchoans et desinens in angusto foramine*'. Tibia Phrygia instar tubae Tyrrhenicae corneum κώδωνα habeat. cf. Athen. IV, 185: αὐλός

———

[1]) Aeschyl. Eumen. 567 (διάτορος Τυρσηνικὴ σάλπιγξ), Soph. Aj. init. id. Electr. 711 (χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος ᾖξαν). — [2]) Aesop. fab. 386, Soph. Electr. 711, Plut. Num. 20; Virg. Aen. III, 239 ('*aere cavo*'), Ovid. met. I, 97 ('*non tuba directi, non aeris cornua flexi erant*'); cf. Sueton. Jul. 32 ('*aeneatores*'). — [3]) Poll. 4, 85 (ἡ γλῶττα ὀστεΐνη), Anth. Pal. 6, 46 (χαλκοπαγῆσι), Cassiod. expos. in psalm. 150. v. 3. — [4]) Poll. 4, 85. — [5]) ibid. cf. Her. spirit, p. 171, 227 (γλωσσὶς σάλπιγγος). [6]) Poll. 4, 85 (εὐϑεῖά τε καὶ καμπύλη, εὐϑεῖα de αὐλός, καμπύλη de κώδων dicit); huc refer Aristoph. pax 1242, ubi e tuba aut καταπτὸς κότταβος aut id quod germanice „Deſemer" dicimus fieri potest. — [7]) schol. Soph. Aj. 17: ἡ κώδων ϑηλυκῶς, Ἀττικῶς. — [8]) Poll. 4, 85; schol. Aj. 17: κώδων καλεῖται τὸ πλατὺ τῆς σάλπιγγος (cf. Suid. sub κώδων), Eust. 1139, 40. — [9]) cf. Virg. Aen. III, 239 ***aere cavo***.

Φρύγιος· παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι.

7. Libystina (Λιβυστική schol. Soph. Aj. 17) ab Hesych. (v. φώτιγξ· εἶδος σάλπιγγος) φώτιγξ dicitur.

Alii pro usu partiuntur tubarum genus:

1. πολεμικαί usitatissimae erant, cf. etiam Anth. Pal. 6, 46 et 159 (Ἐνυαλίοιο καὶ Εἰράνας ὑπόφατις) et Onosand. I, 13.

2. ἱερατικαί. Artemid. I, 56: ἱερὰ σάλπιγξ, ἐν πολέμῳ συνάγει τοὺς ἐσκορπισμένους, σύγκειται ἐξ ὀστῶν καὶ χαλκοῦ, εὐθεῖα, et Suid. v. ἱερατικὴ σάλπιγξ· ἱερεῖς γὰρ ἐχρῶντο τῇ σάλπιγγι[1]). cf. Phot. bibl. p. 498a. (Poll. 4, 87 ἱεροσαλπιγκτὴς et ἱερὸς σαλπιγκτής exhibet). — Joannes Lydus de menss. IV, 50 (cf. Volkm. p. 149) lituum (ἀπὸ τῆς λιτῆς) per ἱερατικὴ σάλπιγξ interpretatus est.

3. ὡρολόγιαι primo militibus[2]) (*'vigiliis mutandis'* Lucan. VIII, 24) „zum Wachenablösen", postea etiam civibus signa dabant. Phot. lex. ἑσπέρας γὰρ καὶ ὄρθρου ἐσάλπιζον. (Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων) Bekk. An. I, 450 v. ἀσάλπιγκτον ὥραν (Sophoclis verba). μεσονύκτιον· cf. Porphyr. ad Ptolem. I, 4, p. 259 Wallis.

Sonus tubae σφοδρὸς (διὰ τὸ σφοδρὸν masculino generi organorum ab Aristide Quintiliano II, p. 101 Meibom adnumeratur tuba), βάρβαρος[3]) (Anth. Pal. 6, 46), *rudore torvus*

---

[1]) Apud Romanos quoque cf. Varro L. L. 5, 24, 33; Virg. A. 5, 113; Ovid. fast. 1, 716. De tubilustrio adeas Varr. l. l. 6, 3, 55 (*'tubilustrium appellatur, quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubae lustrantur'*) cf. Ovid. fast. 3, 849; 5, 725. — [2]) *'ad tertiam bucinam'* pro *'ad tertiam vigiliam'* scribit Liv. 26, 15 (cf. Prop. 4, 4, 63), id. 5, 35, 1: *'ubi secundae vigiliae bucinâ datum signum esset'*. — [3]) Multa animalia σάλπιγγος φωνήν habent: μαρτιχόρας (Ael. de nat. an. IV, 21), ὄρχιλος (Phot. lex.), κώνωψ (Batrach. 199,

(Apulej. flor. III, 17), ***raucus*** (Virg. Aen. II, 545) est, *τρυπή-ματα* enim absunt; testis schol. ad Dion. Thr. Bekk. An. II, 652: *ἐμπνευστικόν (σαλπιστικὴ καὶ συριστική* cf. Nonn. 25, 503), *ἁπτικόν, τὸ συναμφότερον (αὐλητική)*. Sonum reddunt *κέλαδος*[1]), *ψόφος*[2]), *βροντή*[2]), *πάταγος*[3]), *ἠχαί*[4]), *μέλος*[5]), imitatur *θρέττε* Aristoph. equ. 17. Magnam tubae vocem esse testantur Lucianus de oeco 16: *σάλπιγξ ἐπικαλύπτει τὴν τοῦ αὐλοῦ βοήν· ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ μεγαλοφωνία καὶ κατασιωπᾷ τὸ ἧττον*, et Diogenianus (paroem. gr. I, p. 183): *αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις· ἐπὶ τῶν τὰ ἐλάττω τοῖς μείζοσι συγκρινόντων*, quod *κατὰ φωνὴν* dictum est, non propter vilitatem tubae ut Volkmann. vult p. 148. Huc refer etiam Lucian. rhet. praec. 13: *ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοὺς αὐλοὺς καὶ αἱ τέττιγες τὰς μελίττας ὑπερφωνεῖ* et Aristot. rhetor. III, 6: *ἡ σάλπιγξ* (i. e. *σάλπισμα*) *μέλος ἄχορδον καὶ ἄλυρον*[6]). cf. Philostr. Heroic. p. 290, 2 (Kayser).

Aesop. fab. 234), *ὄνος* (Plut. sapient. conviv. I. 178 Didot), *ἐλέφας* (Aristot. h. a. 4, 9), *δράκων* (Nonn. 25, 503); *σάλπιγξ* avis (Ael. nat. an. 6, 19), cf. Eust. 1139, 40: *ἡ Γαλατικὴ ἔχει κώδωνα θηριόμορφόν τινα.* Saepe tamen stulte aut jocose dicta, ut Plut. sap. conv. I, 207 (Didot).

[1]) Eurip. Phoen. 1102; Nonn. 27, 91; id. 43, 17; Anth. Pal. 6, 350 et 159; Achill. Tat. III, 2, 3. — [2]) Paus. 2, 21, 3. cf. Ptolem. Harm. I, 1: *ψόφος· πάθος ἀέρος πλησσομένου· φθόγγος· ψόφος ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπέχων τόνον.* — [3]) Nonn. 43, 16 (*βαρύδουπον σάλπιγγα βρονταίοις πατάγοισιν ἰσόκτυπον*), id. 45, 331; 22, 286. De *βροντή* „Geprassel" cf. Pseudo-Callisth. III, 28, 11 ed. Mueller: *ἐξαίφνης, ὥσπερ βροντὴ βιαία αὐλῶν καὶ κυμβάλων πλῆθους καὶ συρίγγων καὶ σαλπίγγων καὶ τυμπάνων καὶ κιθάρας ἐγένετο.* — [4]) Zonar. epit. hist. 10, 9. — [5]) Aristot. rhet. III, 6, Zonar. epit. hist. 14, cp. 4 (cf. *σαλπίσματα*); paean *πρὸς σάλπιγγα* canebatur (Dio Chrysost. vol. I, p. 25, 20 et p. 32, 18 Dind.; cf. Mosch. 2, 173, Nonn. V, 96 (*γαμίῃ σάλπιγγι*), id. 22, 247; 38, 201. Lucret. II, 619: '***cantus cornuum***'. — [6]) de auctoritate tubicinum v. Aesop. fab. 386. Duabus tubis

Σαλπιγκτὴς et *δρομοκήρυκες* in numero *τῶν ἐκτατῶν*[1]) habentur cumque pedites plerumque sint tubicines tamen interdum equitant Polyaen. III, 13, 3. Joann. Lyd. de mag. I, 46 *τουβίκινες* per *σαλπισταὶ πεζῶν, βουκινάτορες* per *σαλπισταὶ ἱππέων* interpretatus est (Volkmann. p. 149).

Tuba belli signum[2]) est. Veget. r. m. 3, 5: '*signum militare*', inquit, '*aut semivocale*' (tubam „halb der menschlichen Stimme gleichkommend") *aut vocale* (vocem) *aut mutum* (vexilla) esse. Anon. Byzant. III, 30, 7 „Gr. Kriegsschr.": *γνωριμωτέρα ἡ τοῦ κήρυκος φωνὴ ἡσυχίας οὔσης, πολυφωνοτέρα δ' ἡ τῆς σάλπιγγος, ἄντε καθαρὸς ᾖ ὁ ἀὴρ, ἄντε μή, καὶ τῶν σημείων τοῖς πολλοῖς χρησιμωτέρα, τῆς δὲ φωνῆς τῆς σάλπιγγος ἀποτελουμένης πάντες αἰσθήσονται*[3]). *Σαλπίσματα* sunt: *πολεμικόν*[4]), *ὄρθιον*[5]), *ἐπικελευστικόν*[6]),

---

aliquem cecinisse narrat Athenaeus 10, 414 f., quem sequitur Eustathius ad Il. 21, 387.

[1]) Aeneas tact. cp. 22, Asclepiodot. II, 9, id. XII, 10. — [2]) Ovid. met. 10, 652: '*signa tubae dederant*', Martial 11, 20: '*signa canant*'. Prisc. de vers. Aen. cp. 9, 161 (*σημεῖον*). — [3]) Aelian. ars tact. 27, 1, Heliod. IV, 3 (*τὸ παρὰ τῆς σάλπιγγος ἐνδόσιμον*). De usu cf. Eurip. Phoen. 1377; Xenoph. Hell. VI, 2, 34; V, 19, Anab. I, 2, 17, IV, 3, 29 et 32, V, 2, 14, VII, 4, 16, Thucyd. VI, 69, 2, Diod. Sic. IV, 20, 96, 7, IV, 20, 86, 2, Plut. vit. Lys. 11, id. vit. Sull. 29; Arrian exp. Alex. I, 14, 7, III, 18, 7, V, 17, 7, V, 23, 7, V, 24, 2; VI, 3, 2, Polyaen. I, 41, 3; id. IV, 9, 2 (*ταῖς σάλπιγξιν περιηχουμένην στρατιάν* cf. Drieberg „Wörterb. d. Gr. Mus." sub „Stimmverbreitung" *περιηχεῖν* „kreiselnde Stimmverbreitung"), Stob. flor. 54, 60 *ἀπερισάλπιγκτος στρατηγός* „der noch nicht im Feuer gewesen ist, noch nicht Pulver gerochen hat". — Soph. Electr. 711; Paus. VI, 13, 9; Heliod. IV, 9, 2. Adde Thucyd. VI, 32, Heliod. IV, 19, 5. — [4]) Eurip. Phoen. 102: *παιὰν δὲ καὶ σάλπιγγες ἐκελάδουν ὁμοῦ,* Dio Cass. h. r. 41, 58, 2, Dio Chrysost. or. vol. I, p. 25, 20, p. 32, 18 Dind., Pseudo-Callisth. ed. Mueller I, 41, 14, Heliod. IV, 21, 13. — [5]) Eurip. Heracl. 830. — [6]) Polyaen. 16, 4.

παρακελευστικόν[1]), *ἀνακλητικόν*[2]), *στάσιμον*[3]), *ἀναπαυστήριον*[4]), *παρασκευαστικόν*[5]), *προσόδιον καὶ πομπικόν*[6]).

§. 3[b]. De organis quibus Graeci pro tuba belli utebantur.

Schol. Eurip. Phoen. 1377: *πρὸ τῆς εὑρέσεως τῆς σάλπιγγος ἐν ταῖς μάχαις καὶ τοῖς μονομαχοῦσιν ἐν μέσῳ τις λαμπάδα καιομένην ἔῤῥιπτεν, σημεῖον τοῦ κατάρξασθαι τῆς μάχης* („die Kriegsfackel anzünden"). *τούτῳ οὖν τῷ σημείῳ ἀντὶ σάλπιγγος κἀν τοῖς περὶ Ἐτεοκλέα χρόνοις ἐχρῶντο· ὕστερον δὲ μετὰ τὰ Τρωικὰ καὶ τὴν εἰς γῆν Ῥωμαίαν Αἰνείου κατοίκησιν Τυῤῥηνοὶ τὴν σάλπιγγα ἐφεῦρον, ὅθεν καὶ Τυῤῥηνὶς ἡ σάλπιγξ ἐκλήθη κ. τ. λ.* Omnia haec finxisse scholiastam, ut Euripidis locum intelligeret, manifestum est, sed haud inepte, si forte excipias, quaecunque de temporibus adjecerit. Romanorum enim mos fuit, ut, cum bellum indicerent, fetialem hastam ferratam aut sanguineam praeustam in fines hostium emitterent[7]) (Liv. I, 32), postea vero in agrum hostilem[8]) (Ovid. fast. 6, 205). Hastam autem sanguineam praeustam et *λαμπάδα καιομένην* simillimas esse nemo non concedet.

Aliis quoque organis pro belli tubis usos esse veteres multi[9]) testantur. Imprimis *κόχλος, αὐλός, στρόμβος* usitata erant:

---

[1]) Poll. 4, 86; Arrian. exp. Alex. V, 17, 7 (*ἰέναι, ἵν᾿ ἂν ἡ σάλπιγξ παρακαλῇ*). — [2]) Poll. 4, 86, Anth. Pal. 9, 136; Polyaen. V, 16, 4 (ubi contraria signa canuntur). Adde etiam Polyb. III, 69, 13; Diod. Sic. (Dind.) vol. IV, 19, 30, 10. — [3]) Dio Cass. 47, 43, 1. — [4]) Poll. 4, 86. — [5]) Dio Cass. 47, 43, 1. — [6]) Pollux. 4, 86, Plut. Aem. Paul. 33, Eust. 1242. — [7]) Serv. in Virg. Aen. 9, 52 et 10, 14; Plin. 22, 2. — [8]) Dio C. 50, 4; 71, 53. — [9]) Mart. Cap. 9, p. 177 Meibom, Cretes ad citharam dimicabant cf. Strab. 10, 4, 20 (Heraclid. Pont. fr. hist. 2): *μετὰ αὐλοῦ καὶ λύρας ἐν ῥυθμῷ*; adde Polyb. 4, 20, Gell. I, 11. Clem. Alex. paed. II, 4, 42:

1. *κόχλος* (Hesych. v. *κόχλος· τοῖς θαλαττίοις ἐχρῶντο πρὸ τῆς τῶν σαλπίγγων εὑρέσεως· καὶ στρόμβος*[1]) est concha cava[2]), *τετρυπημένη*[3]), *ταναός*[4]), '*cava bucina*[5]) ***tortilis in latum quae turbine crescit ab imo***' (Ovid. met. I, 334); etiam *κόχλος θαλάσσιος*[6]), *θαλασσία*[7]), *εἰναλίη*[8]) *σάλπιγξ*, *Τυρσηνὴ σάλπιγξ θαλάσσης*[9]) vocatur. Canere est *φυσᾶν διὰ κόχλου*[10]), *αὐλεῖν*[11]), *σαλπίζειν*[12]), *ἐπισαλπίζειν*[13]). Sonus

---

Ἀρκάδες πρὸς σύριγγος φωνήν (Polyb. IV, 20 *αὐλοῦ*), *Σικελοὶ πηκτίδος, Λακεδαιμόνιοι αὐλοῦ, Θρᾷκες κέρατος, Αἰγύπτιοι τυμπάνων* (etiam Parthi Just. 41, 2, 8), *Ἄραβες κυμβάλων ἐστρατεύοντο*, cf. Athen. 12, p. 520 d etc.

[1]) *στρόμβος* cum *στρέφω* cohaerere videtur. Hes. v. *στρόμβος· κόχλος· ῥόμβος· δῖνος.* cf. Ovid. met. 1, 334: '*cava bucina* ***tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo***'; eadem forma *κόχλῳ* et *στρόμβῳ* fuisse videtur, concha profecto alterumutrumque organum erat. — [2]) Virg. Aen. 6, 170 (*cava concha personare aequora*) (id. 10, 209, cf. Plin. 9, 5 (4). — [3]) Paus. VIII, 2, 7: *καὶ φυσᾶν διὰ κόχλου τετρυπημένης φασὶν τοὺς Τρίτωνας.* — [4]) Mosch. 2, 124. — [5]) bucina (*βυκάνη*) vel buccina proprie „die Blasende" („Blashorn"), ut bucinus „Bläser", bucinum „d. Geblasene", bucinare „blasen", omne organum inflatile sive *ἐμπνευστικόν* est, praecipue id, quod b u c c a s v a l d e i n f l e t i. e. omnia organa, quae neque foramina habent et magnam vocem. cf. bucinator „Ausposauner" Cic. fil. ap. Cic. fam. 16, 21, 2, ***buccinator nominum*** Orelli inscr. 3232. Itaque etiam *στρόμβος* bucina dicitur, Sext. Empir. adv. Math. p. 361: *στρόμβοις βυκανίζειν.* — [6]) schol. Hom. Il. *Σ*, 219. — [7]) Hes. v. *σάλπιγξ.* — [8]) Nonn. 43, 71 et 229. — [9]) Nonn. 17, 92. — [10]) Paus. 8, 2, 7. — [11]) Mosch. 2, 123: *Τρίτωνες, πόντοιο βαρύθροοι αὐλητῆρες κόχλοισιν ταναοῖς γάμιον μέλος ἠπύοντες* (cf. Athen. 3, 85 e). ***Aulus*** concha quaedam est Plin. 32, 9 (29). — [12]) scholiasta Hom. Il. *Σ*, 219 ad '*ἴαχε σάλπιγξ*' monet: *ἀπὸ τῶν ἰδίων χρόνων ὁ ποιητὴς ὠνόμασε τὴν σάλπιγγα, ἐπεὶ οὐδέπω ηὕρητο παρὰ τοῖς παλαιοῖς, κόχλῳ δὲ θαλασσίῳ ἐσάλπιζον.* — [13]) cf. Flav. Joseph. A. J. 9, 13, 3: *βυκάναις ἐπεσάλπιζον* (Zonar. lex. v. *βυκανηταί· σαλπιγκταί*), id. V, 1, 5: *κέρασι*

est *βαρύδουπος*[1]), *μυκήτωρ*[2]), sed non tam barbarus, ut cantus[3]) fieri non possit.

2. *στρόμβος*, ut *κόχλος*, concham et minorem (*κρουστὸν*) et majorem (*ἐμπνευστικόν*) significat; quin etiam strombum *κόχλον*[4]) quendam esse verisimile, ita ut nomine *κόχλος* omnes conchae comprehendantur. Ex *στρόμβος* postea fit **tromba, trombetta**, „Trompete" quamobrem a *ῥόμβος* diversus esse videtur, etsi confunduntur a nonnullis[5]). Schol. Nic. Alex. 393: *τόν στρόμβον ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ὄστρακον τῶν κογχυλίων, οἷς καὶ ἐχρῶντο ἀντὶ σάλπιγγος*, est igitur strombus concha *τετρυπημένη*[6]). Sext. Empir. adv. math. p. 361: *στρόμβοις τινὲς τῶν βαρβάρων βυκανίζουσιν.* Etiam pastorum organum est, pastores enim pecora ap. Plut. symp. 7, 713 b *σύριγξι καὶ στρόμβοις ἐγείρουσι καὶ κατευνάζουσι.* Nonni locus 27, 294: *θεὸς ἀγρονόμων νομίης σάλπιγγος ἀνάσσων* (Pan), ubi Volkm. praef. XXII '*σύριγγος*' legit, pertinet ad strombum neque corrigendus est.

3. *αὐλός.* Tibiam paullatim bello usui esse coepisse, cum '**orichalco vincta, tubae aemula**'[7]) facta esset, consen-

---

σαλπίζοντες, V, 6, 5: *κριοῦ κέρασιν σαλπίζειν.* Artem canendi fere eandem conchae et tubae fuisse liquet ex Ovid. met. 14, 102, ubi Misenus tubicen et Trito alter alterius arti invident, id. II, 8, ubi uterque '**canorus**' dicitur.

1) Nonn. 17, 92. — 2) id. 4, 71 (*μυκήτορι κόχλῳ.*) — 3) Mosch. 2, 123 (*γάμιον μέλος ἠπύοντες*); cf. Ovid. met. II, 8 ('**canorus**'). — 4) Ad Lycophr. 250 verba (*στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν νόμον ἐξάρχων*) scholiasta monet: *κόχλῳ ἤγουν σάλπιγγι.* Hesych. v. *σάλπιγξ· καὶ θαλασσίαν σάλπιγγα, παρ' Ἀρχιλόχῳ δὲ τὸν στρόμβον.* — De strombo cf. Plin. 32, 10 (30). — 5) cf. Poll. 10, 173 (Aristophanis verba): *ἴθι δὴ λαβὼν τὸν ῥόμβον ἀνακωδώνισον.* — 6) Aristot. de part. anim. 2, 17: *τῶν κογχυλίων διατρυπῶσι τὸ ὄστρακον, οἷον τῶν στρόμβων.* — 7) Hor. A. P. 202; respice etiam tibiae Phrygiae et tubae Argivae formas. Argiva et tuba et tibia *Ἀθηνᾶ* vocatur (Poll. 4, 77; Hes. v. *Ἀθηνᾶ· εἶδος αὐλοῦ*, ut Hes. v. *Ἀμφιονίς· κιθάρα.*

taneum. Sed jam priusquam tuba invenirentur, omnes[1]) Graeci tibiis pro tubis utebantur, servabant vero usum etiam inventa tuba Lacedaemonii. De quibus, etsi non magna auctoritas iis quae pro certis profert tribuenda est, accuratissime disserit Polyaenus II, 10: (Heraclidae) *τοὺς αὐλητὰς, ὡς εἶχον* (i. e. in sacrificio) *ἡγεῖσθαι κελεύουσιν. Οἱ μὲν τοῖς αὐλοῖς ἐμπνέοντες ἡγοῦντο, οἱ δὲ ὁπλῖται, πρὸς τὸ μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες, ἄρρηκτοι τὴν τάξιν ἐγένοντο ἐνίκησαν. Ἤπειρα ἐδίδαξε τοὺς Λάκωνας τὸν αὐλὸν ἔχειν ἀεὶ στρατηγὸν ἐν ταῖς μάχαις. Αὐλὸς ἡγεῖται Λακώνων ἐς πόλεμον ἰόντων, καὶ τὸ ἐμβατήριον αὐλὸς ἐνδίδωσι τοῖς μαχομένοις. Οἶδα ἐγὼ καὶ τὸν θεὸν ἀνελόντα νίκην Λάκωσιν, ἔστ' ἂν πολεμῶσι μετὰ αὐλητῶν καὶ μὴ πρὸς αὐλητάς.* — (in pugna Leuctrica) *αὐλητῶν οὐχ ἡγουμένων οἱ Λάκωνες παρετάξαντο πρὸς Θηβαίους, οἷς πάτριον ἀσκεῖν αὐλητικὴν κ. τ. λ.* cf. Athen. 5, 184 d: *Λακεδαιμονίους καὶ Θηβαίους πάντας αὐλεῖν μανθάνειν*[2]). At ipse quoque Polyaenus, 41, 3 de Archidamo dicit: *τῇ σάλπιγγι πολεμίων ἔφοδον ἐσήμανεν* et Plutarchus Lysand. 11 de Lysandro: *τῇ σάλπιγγι τὴν ἀναγωγὴν ἐσήμαινεν.* Aliud narrat Porphyr. ad Hor. A. P. 402: '*Tyrtaeus Lacedaemonios cantum tubarum docuit, quarum inaudito territi sono Messenii fugerunt*'. Antiquitus autem morem servatum esse testantur Plutarchus ant. Laced. instit. I, p. 294, 16 (Didot): (Lycurgi esse institutum) et Stobaeus flor. 44, 4.

Paus. III, 17, 5: *Οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς ἐξόδους ἐπὶ τὰς μάχας οὐ μετὰ σαλπίγγων ἐποιοῦντο, ἀλλὰ πρός τε αὐλῶν μέλη καὶ ὑπὸ λύρας καὶ κιθάρας κρούσμασιν.*[3]) Volkmannus quidem ad Plut. de mus. p. 114 multis militibus

---

